

NICOLAI  
VALLAE V. C. AC  
SENATORIS REGII DE  
REBUS DVBIIS ET QVAE-  
STIONIBVS IN IVRE CON-  
trouersis Tractatus xx.

EX POSTREMA AVTHORIS RECO-  
gnitione emendati & pluribus questionibus aucti.

Vnà cum Argumentis, Summariis, & Indice locupletissimo.



PARISIIS,  
Apud Ioannem Borellum, prope Cancellariam Pallatij.  
M. D. LXXI.  
CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA REGIA - SALAMANCA - EX DONO REGVM

AMPLISS. VIRO. D. MICHAELI

HOSPITALI, GALLIARVM CANCEL-  
lario, N. Valla. S. P. D.



**M** multa passim in iure civili scripta, & plū-  
rima ab eius interpretibus tractata reperian-  
tur, quæ non sunt in usu, aut quæ in re aperta  
non magnam exigunt interpretationem: il-  
lum sanè operæpretiū facturum semper exi-  
stimauī, qui ius ipsum quo utimur, præsertim  
in eo quod controuertitur, bene tractauerit & accuratè explica-  
uerit. Quod certè requirit hominem magno ingenio & iudicio  
præditum, atque in studio & meditatione iuris & æquitatis diu  
multumque versatum, & longo usu variarumque rerum expe-  
rientia confirmatum. Istud ergo vix fieri aut præstari potest ab  
iis, qui in scholis tantum versati sunt: neque rursus ab illis qui ne-  
gociis quasi oppressi, aut cura officij districti, impediuntur. Ego  
verò etli ab anno 1523. dederim operam iuri civili, functus post-  
eà munera patroni, ornatus etiam officio secretarij regis vsque  
ad 42. deinde dignitate consiliarij in curia parisiensi & Britannicæ  
vsque ad 64. nec defuit interim studium cum exercitatione: ve-  
runtamen destitutus præclaris illis ingenij dotibus, quomodo  
rem tantam suscipere vel profiteri nedum implere valcam? ro-  
gatus autem & recusans euctus tandem amicorum præcibus,  
conatus sum pro virili aliquam istius iuris partem attingere in  
hoc libro, qui modicus sane videri potest pro modo eorum quæ  
hic habentur. Continet enim tractatus 20. eosque totius iuris  
maximè illustres & fructuosos: cuius materiam iamdiu præui-  
sam & præparatam, multisque disputationibus fori & iudiciorū  
agitata, & tunc in commentarium redactam. postea digessi &  
& composui ociosus, habita cum breuitatis atque ordinis ratio-  
ne, tum boni & æqui cōsideratione. Hic ergo libellus quū à non-



QVAE INTERPRETATIO IN  
LEGIBVS ET STATVTIS, IN TESTA-  
mentis & vltimis voluntatibus, in contractibus  
& stipulationibus, in iudiciis & iudicatis, si res  
dubia, aut verba obscura vel ambigua sint, legi-  
timè fieri debeat.

SVMMA EORVM QVAE IN  
HOC TRACTATV EXPLICANTVR.



- Andide procedendum in omnibus actibus, &  
vitanda obscuritas.*
- 2 *Mens legis quid sit.*
  - 3 *Ex mente legis aut restringitur aut extendi-  
tur eius dispositio.*
  - 4 *Cum verba legis sunt obscura, nec apparet  
de mente ipsius, qua interpretatio facienda sit.*
  - 5 *In lege constituenda multa olim desiderabantur.*
  - 6 *Sententia inter alios dicta, non facit alius praiudicium, etiam  
in simili specie.*
  - 7 *Ut plenior legis habeatur intellectus, pleraque aduertenda sunt.*
  - 8 *Voluntas testatoris seruanda est, nisi sit aperiè contra leges.*
  - 9 *Qua interpretatio fieri possit cum obscura est voluntas defun-  
cti, idque multis exemplis declaratur.*
  - 10 *Ratio assignatur, cur in vltimis voluntatibus spectetur magis  
ipsius disponentis voluntas, quam in cōtractibus vel iudiciis.*
  - 11 *Obscuritas in vltimis voluntatibus contra heredem, an contra  
legatarium, aut fideicommissarium sumenda sit.*
  - 12 *In contractibus obscuritas explicatur aut ex iure, vel ex con-  
suetudinè, aut ex natura ipsius contractus, ita temè vt actus*



PETRVS MAGNATIVS DEL-

PHINAS IN SVPREMA PA-

RIEINSEI CVRIA ADVOCA-

tus Lectori S.



Ractatus viginti de rebus dubiis & quaestionibus in iure controuersis Nicolai Vallæ Senatoris optimi & sapientissimi damus tibi, lector, post priorem editionē ab ipso auctore recognitos & auctos. In quibus reconditissimos quosque iuris locos ex intima iurispudentia vberriimè tractatos, & quod caput est, clarissima vsus forensis luce & consuetudinis iudicialis splendore illustratos habes. Thesaurum sanè ingentem atque ad variarum & multiplicium controuersiarum decisiones abundatissimum: pertenuem tamen præ amplitudine & copia eorum, quæ per triginta annos in iudiciis obseruata & vndique congesta suppeditaturus erat Senator sapientissimus, si ei sua morte defungi contigisset. Quo indigniùs ferenda est quæ viro immortalitate dignissimo allata est atrocissima & scelestissima nex. Quòd facinus omni diritate atque immanitate teterrimum, in vestibulo vrbs augustissimæ, & in conspectu legum, iuris, iudiciorum esse patratum, neque vindicatum, miserari, horrere, deplorare cogimus: mirari in infi-

\*